Pamp
R. Theol
T.

RECTOR

UNIVERSITATIS LIPSIENSIS

FRIDERICUS BUELAU

MEMORIAM INSTAURATAE

PER LUTHERUM REI CHRISTIANAE

ET

SOLEMNEM INAUGURATIONEM SUCCESSORIS IN SUMMO MAGISRATU ACADEMICO

FRIDERICI ADOLPHI SCHILLINGII

DIE XXXI. M. OCTOBR. A. MDCCCLI.

CONCELEBRANDAS INDICIT

INTERPRETE

CAR. GODOFR. GUILIELMO THEILIO

ORD. THEOL. H. T. DECANO.

INEST COMMENTATIONIS:

Pro confessionis religione adversus confessionum theologiam
Pars altera *de tribus Protestantismi principiis* agens.

LIPSIAE

LITERIS STARITZII, TYPOGR. UNIVERSIT.

Commentatio „*Pro confessionis religione adversus confessionum theologiam*“ hoc sibi habet propositum, ecclesiarum cum theologos tum socios et magistratus discriminis inter *religionem* et *theologiam* intercedentis commonefacere, ita quidem, ut demonstretur, quam necessarium et salubre sit, istam theologiae et religionis discriminationem non ad confessionem christianam generatim referre, sed ad confessiones etiam earumque *Symbola* singulatim transferre. Quanto enim magis intelligitur et agnoscitur, librorum etiam symbolicorum argumentum ita esse comparatum, ut *Symbolica quoque et religio et theologia recte et necessario discernantur,* eo minus durare, quid quod ingravescere poterunt criminationes et damnationes violatae et conscientiae et fidei ecclesiae eiusque regimini datae. Quod quidem eo majoris est momenti, quia ecclesiarum *Libri symbolici* ab ecclesiae *Libris sacris* eo potissimum differunt, quod longe majorem partem *theologiam* continent, Scriptura autem sacra *religionem* plerumque haud excedit. Unde etiam haec ipsa distinctio iis, qui in *juramento religionis,* alteri imponendo, alteri praestando, anxie laborant, non poterit non idoneam praebere et cautionem et consolationem.

In Parte priore*) primum monstratum est, quemadmodum dudum theologos, ita jam Formulam concordiae inter necessaria et minus necessaria distinxisse, hoc vero discrimen inter *substantiam fidei,* quam dixerunt, et *circumstantias sive res secundarias* („die religiöse Substanz und die theologische Auffassung“) intima sua vi et natura redire ad discriminationem *religionis* et *theologiae.* Inde secundo loco de religione potissimum eiusque et per se et in hac re auctoritate agendum erat. Atque ibi quidem primo loco de religionis *nativa dignitate et firmitate* eiusque et conscientiae necessitate expositum est. Deinde religionis *in Christo et per Christum manifestatio* ita monstrata est, ut doceretur, quantopere et quam principaliter non

*) Lips. apud Herm. Fritzschium 1850. cum appendice: Grundlinien eines Systems des christl. Rationalismus vom Standpuncte des Religiosismus.

solum Christus ipse, quippe fidei et virtutis consummator et luculentissimum exemplar, hoc fundamento consistat, sed etiam Apostoli; quomodo singulatim non solum Paulus, sed etiam Jacobus, nec non Epistola ad Hebraeos et Joannes suis expositionibus de fide et lege deque amore et operibus interna praesertim religionis et conscientiae necessitate nitantur. Additum denique est, eandem conscientiae et religionis necessitatem fuisse, quae sacrorum emendatores penetraret et agitaret; quod ipsum luculentis argumentis et exemplis non solum Augustanae Confessionis, sed etiam formulae concordiae facile probari potuit.

Jam quum ista in Sacris emendandis victrix religio arctis dogmatum miraculorumque terminis ac limitibus fuerit circumscripta, restabat monstrare, quomodo ea ab hac *theologiae* et *ecclesiae* servitute — quae deinceps satis apparuit — sit liberanda. Videndum erat in quantum ista theologiae et religionis distinctio inserviat Protestantismo ipsi cum verius aestimando tum felicius explicando.

Atque hoc haecce Pars altera sibi propositum habet. Perlustrantur primum *duo* quae ferri solent *Protestantismi principia, formale et materiale;* quae quidem non theologiae evidentiâ sed religionis unice fundamento valere et stare demonstratur. Neque *Scriptura sacra* neque *fides salvifica* tales sunt, quales theologorum ratiocinia explicuerunt et postularunt. Deinde *tertium Protestantismi principium* in censum vocatur, quo a *regressione*, qua primum opus erat, ad *progressionem* pergere debet. Qui enim ante omnia adversus abusus deinceps exortos ad Scripturae sacrae simplicitatem summo jure et felicissimo successu se receperunt, ecclesiae jus et officium progrediendi vindicare coacti sunt. Quam parum denique huic a sacrorum emendatoribus omnium minime ad liquidum et finem perductae progressioni vel recentissima progrediendi studia satisfecerint, monstratur exemplo *Formulae* a Synodo Berolinensi obstringendis ecclesiae ministris propositae.

Quod autem singulatim in tertio et quarto loco argumenta perstringuntur potius quam absolvuntur, eius rei veniam a benevolis lectoribus expetere cogor oculorum imbecillitate, quae absolvere proposita vetuit. —

Tria sunt Protestantismi principia. Duo enim, quae conjungi solent, principium *formale*, quo suprema auctoritas vindicatur Scripturae sacrae, et principium materiale, quo tamquam Scripturae sacrae summa sistitur justificatio ex fide[1]), continentur tertio, quod adversus ecclesiae et theologiae *stabilitatem* confectamque perfectionem protestatur, majora in dies incrementa poscens cum intelligentiae Librorum sacrorum, tum doctrinae et ecclesiae illis libris innixae *(Schriftprincip, Glaubensprincip, Fortschrittsprincip)*[2]).

1) Vana est criminatio Anonymi (Hall. L. Z. 1846. n. 86): Die „gedankenlose Phrase von den *beiden* Principien, dem *materialen* und dem *formalen*, deren sich nachgerade jeder gebildete Theolog schämt", „ist nichts als eine *alte Tradition aus der geistlosesten Zeit der Orthodoxie*, die sich jetzt nur noch fortschleppt in den Kreisen der sogenannten gläubigen oder kirchlichen Laien." Recte enim, quamquam item adversarius, Aug. Franckius („die Grundlehre der Religion Jesu nach dem Principe des evang. Protestantismus ermittelt und systematisch entfaltet" [Lips. 1848] p. IV): „Der *Grundsatz* muss den *Grund* auffinden lehren, auf dem alle Lehre zu bauen ist." Inveniendum hoc *fundamentum* utrum *articulum fundamentalem* s. *principalem* appellaveris, an *principalem materiam* s. *principium materiale*, non magnopere attinet. Opus est suprema aliqua norma ac lege, primum *discendi*, deinde *sciendi et agendi*, sive fonte hauriendi et argumento hauriendo („*Grundsatz*" = „*Grundprincip*" et „*Grund*" = „*Grundlehre*"). Neutrum sine altero stare potest. Itaque non de necessitate principii materialis constituendi, sed unice de veritate constituti ambigi potest, reditque disceptatio huc: primum, utrum revera Verbum Dei quod dicunt vocale sit *verus et genuinus fons*, ex quo doctrina fundamentalis *revera et vere hauriri possit*, an ad *aliud quoddam Dei verbum* redire debeamus; deinde, utrum doctrina de iustificatione ex fide *revera* sit Scripturae sacrae *doctrina fundamentalis*, necne. „Der Grund" (addit Franckius l. c.) „welcher in Folge der stagnirenden Theologie lange als unbezweifelt gegolten hat und hauptsächlich darum unangetastet blieb, weil man ihm den vornehmen Titel eines materialen Princips beilegte, und so dem Constituirten die Dignität eines Constituirenden erschlich, wird nun vielfältig angefochten, wo die Wissenschaft sich frei bewegt." Certe *constitutum* etiam *constituens!* —

2) „*Zwei* Principien können natürlich nur die *zwei Seiten* des Einen Princips sein, müssen sich daher gegenseitig wie unterstützen und erfüllen, so auch *kritisirend* berichtigen, und werden zur Wahrheit erst, wenn sie sich zur *höhern Einheit* zusammenschliessen. *Historisch* steht das Schriftprincip allerdings erst in zweiter Stelle, als *Ausdruck* des durch Christus gegründeten neuen Lebens oder der

A.

Protestantium ad supremam Scripturae sacrae auctoritatem provocatio necessitate *historica* nititur. Desunt alii idonei fontes, ex quibus notitia religionis a Christo conditae jure et cum successu hauriatur. Inde firma quidem est adversus *Pontificiorum* traditionem miraculose propagatam et continuam ecclesiae inspirationem (utraque enim est commentum experientiâ destitutum); sed vacillat, in quantum ipsa miraculosam Scriptorum *inspirationem* a majoribus acceptam quam strictissime exaggeravit. Ibi enim ponere et poscere cogitur, quae in ipsis scriptis item sive plane desunt sive longe aliter conformata adsunt. Namque praeterquam quod vivâ voce tradita doctrina antiquior et plenior fuit *scriptione*, et quod scriptio ipsa *literis* continetur, quae quippe *mortuae* et merum quasi corpus vitam suam et quasi spiritum mentis demum animique usurpatione accipiunt: Scripturae sacrae ea carent unitate et definitione, quae directe singula *credendi* et *agendi* praecepta plane et plene suppeditet. Inde quum desit literae sacrae directa et stricta dubitationem excludens evidentia, intra strictos Supranaturalismi terminos principium Protestantismi formale corrueret ipsum, nisi modo ad *historiarum* a Pontificiis adulteratum testimonium, modo ad *rationis* a philosophis haud parum decurtatam normam se reciperet (*Schriftprincip*, *Geschichtsprincip*, *Geistprincip*). Paucis: in tantum laborat principii formalis usus, in quantum Libros sacros in gratiam *miraculosae* originis detrectant ad *communes* historiarum et providentiae divinae leges exigere.

Nonnisi ex communi scriptionum lege liberaque usurpatione humanâ defendi et recte aestimari potest ipsa eorum collectionisque, qualis contigit sive accidit, conformatio.

Huc primum pertinet, quod nonnulla *bis* eaque hic illic *aliter* conformata in collectione leguntur [3]); quod etiam extra collectionem vestigia haben-

---

durch ihn vermittelten *menschlichen Gottgefälligkeit*, oder (um mit Paulus zu reden) der *Rechtfertigung vor Gott; practisch* aber wird nur vom *Schriftprincip* ausgegangen werden können, wie auch die Reformatoren der Kirche und ihrer angeblichen göttlichen und wunderhaften Auctorität *nur* die auch von ihr als göttlich und wunderhaft anerkannte Schrift entgegenhalten konnten .... Indem die beiden Principien ‘nicht so träge und gedankenlos neben einander liegen, sondern fortwährend in einer dialectischen und kritischen Beziehung stehen‘, hat diese *nothwendige Bewegung* allerdings, wenn auch nicht die Principien selbst, doch ihre kirchlich sanctionirte Fassung abgeworfen. Die *kirchliche Inspirationstheorie* hat sich ebenso unhaltbar erwiesen, als die *kirchliche Wunderhaftigkeit und Satisfaction* (rücksichtlich der Rechtfertigung) unbiblisch“ (Allg. Zeit. für Chth. u. K. 1846. n. 48).

3) Ps. 14. coll. 53. (ubi v. c. 14, 3: הַכֹּל סָר, 53, 4: כֻּלּוֹ סָג; add. quod in altero textu etiam ibi אֱלֹהִים legitur, ubi in altero יְהוָה est); Ps. 40, 14 sqq. coll. Ps. 70; Ps. 18. coll. 2 Sam. 22; Jes. 36—39. coll. 2 Reg. 18, 13—20, 19; Jer. 52. coll. 2 Reg. 24, 18—25, 30. Utrum uterque textus et principalis ac genuinus et miraculose inspiratus est deque industria cum (in eodem adeo libro) repetitus tum variatus? —

tur *retractationis* satis antiquae[4]); quod scriptores non dubitant antiquiora libere *repetendo* et *emendando* in usum suum convertere[5]); quod Veteris Test. in Novo usus non solum *allegoricâ* magnam partem nititur interpretatione duplices et diversos sensus sistente[6]), sed laborat etiam *Versionis graecae* ejusque adeo *adversus textum hebraicum* admissione[7]); quod deni-

4) Jer. et Dan. coll. Vers. alex., quae plane singulari modo a textu canonico recedens, utrum et in quantum ex textu retractato fluxerit, ambigitur. Quid quod ipsa *canonica* Jeremiae Pseudojesaias, qui dicitur, retractasse visus est, Danielem vero „non tam ventura dixisse quam narrasse praeterita“ jam Porphyrius statuit.

5) 2 Pt. 2. coll. ep. Judae (quae illi tota inserta est); Eph. coll. Col. (ubi eadem, quamquam brevius atque ordine hic illic mutato, *iisdem* fere verbis tractantur); Matth. coll. Luc. et Marc. (ubi plane singularis verborum rerumque cum *consensus* tum *dissensus*, quem alii ex mutuo usu, alii ex communi fonte derivarunt, certe omnium minime ad miraculosae inspirationis sive arbitria sive mysteria potest revocari); Chronn. coll. Regg. (ubi historiae hic illic de composito facta retractatio in promtu est). Finitima est quaestio de fontibus variis et diversis, ex quibus narratores hauserint, unde nonnulla bis narrentur (ut 1 Sam. 10, 11 sq. coll. 19, 24; 16, 17 sqq. 17, 15 sqq. 31 sqq. coll. 55 sqq.; Gen. 12, 9 sqq. coll. 20, 1 sqq.; 1, 1 sqq. coll. 2, 4 sqq. cett.).

6) Praeter locos revera messianos (ut Mich. 4 sq. coll. Mt. 2, 5 sq.; Jer. 31, 31 sqq. coll. Hebr. 8, 8 sqq. 10, 16 sq. Act. 10, 43. al.) et dubios (Jes. 42, 1 sqq. cp. 52 sq. coll. Mt. 12, 18 sqq. 8, 17. al.) habentur etiam quorum *sensus historicus alio spectat* (ut Mt. 2, 15. coll. Hos. 11, 1. ubi „filius ex Aegypto“ est populus; Mt. 2, 18. coll. Jer. 31, 15. ubi non de physica puerorum sed de civili gentis morte agitur; Mt. 1, 23. coll. Jes. 7, 14. ubi sequentia poscunt puerum illo jam tempore nasciturum; al.). Hic sensus alio spectans ad *Messiam* referri demum potest *allegorica interpretatione* (tamquam divinitus inspirata ὑπόνοια: *Unter-* oder *Tiefsinn*, wo das Messianische nur gleichsam das „anderweit Ausgesagte“, das „tiefer“ Liegende ist), idemque *varius* esse. Ita Jes. 53, 4. a Mt. 8, 17. ad morbos sanandos, 1 Pt. 2, 24. ad peccata tollenda, et Ps. 2, 7. non solum ad generationem aeternam Hebr. 1, 5. sed etiam ad resurrectionem Act. 13, 33. referuntur. Plura vid. in libello: „Aphorismen über alten und neuen Glauben“ pag. 25 sq.

7) Summum in hoc genere est Hebr. 10, 5—10. coll. Ps. 40, 7—9., ubi vox argumentationis primaria, Deum Messiae corpus parasse, cujus oblatione homines sanctificarentur, in hebraicis deest. Verbis enim versionis alex.: σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι respondent hebraica אָזְנַיִם כָּרִיתָ לִי *aures fodisti mihi* [Luth.: „die Ohren hast du mir *aufgethan*“; das „innere Ohr“: non tam intelligentiam quam promtum animum], ubi profecto simplicius est errorem librarii (σῶμα pro τὰ ὦτα) suspicari quam interpretationem, quam fortasse vates ipse voluerit (totum pro parte sive effectum pro causa). Hoc profecto nihil aliud foret quam ista Lutheri et Formulae Concordiae in loco de communicatione idiomatum tantopere invisa *Allöosis*, minimeque dubium est, Scripturas sacras non tam vindicari quam arbitrio humano tradi *ambagibus theologorum*, ut Tholuckii („So ergiebt sich .. dass die Benutzung .. in dem Wesentlichen auch mit dem Sinne des hebr. Texts zusammenstimmt und dass Calvin ganz richtig gesagt hat: neque enim in verbis recitandis adeo religiosi fuerunt Apostoli, modo ne Scripturâ in suum commodum falso abuterentur; semper hoc spectandum est, quorsum citent testimonia: nam in scopo ipso diligenter cavent, ne Scripturam trahant in alienum sensum, sed

que in utroque Test. eaedem res gestae *diverso* narrantur modo, non solum a *diversis* non ubique conciliandis scriptoribus, sed etiam ab *uno eodemque* narratore[8]). Quae omnia si ad normam d i v i n a e f i d e i i. e. miraculosae *inspirationis* exiguntur, h u m a n a m f i d e m, quam cum humanis scriptionibus communem habere d e b e n t libri divini, *authentiam*, *integritatem* et *axiopistiam*, multis modis tollunt[9]). Certe vix cuiquam de credulitate gra-

---

tam in verbis quam in aliis, quae praesentis instituti non sunt, sibi *liberius indulgent*") et DE WETTII („Ueb. die symbol. Lehrart des Briefs an die Hebr." p. 43: „die *falsche Uebersetzung* σῶμα κατ. μοι ist zwar in die Anwendung verflochten, *aber diese beruht nicht ganz darauf;* hätten auch die LXX. übersetzt: ὦτα κατ. μοι, so wäre der Sinn im Ganzen doch geblieben, es hätte immer die Idee darin gelegen, dass *Vollziehung des göttlichen Willens* die wahre Versöhnung gewähre, worauf der Verf. auch schon Kp. 5, 7—9. alles Gewicht gelegt hatte": nimirum quod haec „expiatio" eo rata facta et hominibus insinuata sit, quod Deus Christo *aurem* aperuerit!?). Alibi proclivius est ad interpretationem provocare, ut Hebr. 1, 6. 2, 7. coll. Ps. 97, 7. 8, 6. (ubi pro *Diis* s. *Deo* insinuantur *angeli*). Add. quod etiam absque Versionis alex. auctoritate ab *hebraicis* receditur, ita passim, ut scriptorum NTi *explicationes* ipsis VTi *dictis* inserantur. Ita P. Eph. 4, 8. sensum loci difficilis Ps. 58, 19., ubi ascendens et captivos ducens aliquis dicitur *sumsisse dona in hominibus (unter, von, an Menschen?;* LXX. ἔλαβες δόματα ἐν ἀνθρώπῳ), in Christi ascensu et descensu invenisse sibi visus, non dubitavit hanc suam explicationem: ἔδωκεν δόματα τοῖς ἀνθρώποις substituere. Non secus Mt. 27, 10. verba satis obscura אֶל־הַיּוֹצֵר Zach. 11, 13. propria auctoritate expressit: εἰς τὸν ἀγρὸν τῆ κεραμέως, quum apud prophetam, qui argentum (mercedem indigne aestimatam) *ad figulum* projicere jussus *in domum Jehovae ad figulum* projecisse diceretur, *figulus* satis alienus videretur (al.: *ad thesaurum* s. *custodem thesauri* הָאוֹצָר s. אֹצָר; LXX: εἰς τὸ χωνευτήριον).

8) Ita *tres diversae* narrationes conversionis Pauli in A c t i s leguntur, quae cum severa i n s p i r a t i o n i s lege tum demum conveniunt, si rem gestam a Luca *recte et vere* (9, 1 sqq.) narratam Paulus *revera* bis (22, 4 sqq. 26, 9 sqq.) ita exposuit, ut non solum *sibi non constaret*, sed etiam *ab eo quod gestum erat recederet.* D i s s e n s i o n e s vero historiarum, ipsae, quae in utroque Test. satis crebrae sunt, si vel ad meras ἐναντιοφανείας revocari et tum interpretando tum singulatim explendo conciliari possent, maneret certe culpa, quam narratores sibi contraxissent, partim *omissionum*, partim *c o p u l a t i o n i s* tempore minus s. plane non conjunctorum. Atque haec utraque peccata mirum quantum augerentur, si verum assecuta est „methodus ἀμετάθετος s. Osiandristica", (ANDR. OSIANDRI Harmoniae evangelicae libri IV. gr. et lat. [Bas. 1537 fol.] ita, ut est in titulo, concinnati, ut *„nullius verbum ullum omissum, nihil alienum immixtum, nullius ordo turbatus, nihil non suo loco positum sit"*). Quam Harmoniam cum quatuor narrationibus comparanti qualis existet spiritus sancti i n s p i r a n t i s imago? Non magis s. mire arbitraria s. miraculose artificiosa, quam quae nostris hominibus ex arbitriis et artificiis EBRARDI („*Wissenschaftliche Kritik der evang. Geschichte*") elicienda foret. Certe ea etiam discrimina seu omissiones, quae per se nullius fere momenti sunt, momento haud carent in miraculosa inspiratione.

9) „Die *Echtheit, Unverfälschtheit und Glaubwürdigkeit* der heiligen Urkunden lässt sich nur behaupten, wenn man den *Maassstab der gewöhnlichen menschlichen Bücher* an dieselben legt (sie stehen in dieser Hinsicht keinem Buche der Welt nach, erfreuen sich vielmehr eines günstigeren Verhältnisses als bei weitem die Mehrzahl

tulandum, qua ad leviculum et coecum solatium confugitur, quod plenissimam etiam singulorum quorumcunque verborum veritatem, quae revera locum habeat, Deus nonnisi latere voluerit ad piorum fidem exercendam [10]).

Accedit, quod huic ipsi liberiori et liberaliori usurpationi non solum *docendi et praecipiendi* subest *progressio* temporum necessitatibus extorta [11]), sed omnino *anthropopathica cogitandi et dicendi consuetudo*, quae

---

der übrigen), sie fällt aber alsbald, wenn sie nach dem *Maassstabe einer übernatürlichen Sach- und Wort-Einhauchung* bemessen werden soll" („Aphorismen" p. 78). Quae sine miraculo abesse nequeunt, dubitationes et errores de origine et scriptoribus, variae lectiones, fluctuationes et dissensiones ipsorum auctorum, ea omnia comparent; quae si *humanam fidem* tollerent, non profecto salva esse posset *fides divina.*

10) „Ich finde" (ait Neander in praefatione vitae Jesu Christi) „in der Art, wie der Inhalt der göttlichen Offenbarung oder das Wort Gottes uns überliefert worden, dasselbe Gesetz, wie in der Art der Offenbarung Gottes in der Schöpfung. Ueberall das *Walten eines sich offenbarenden und verbergenden Gottes*, der sich nur finden lässt von dem ernstlich verlangenden Gemüthe ... Ueberall *Anregung zum Glauben und zum Zweifel* ... alles darauf angelegt, dass *die Gesinnung erprobt werde im Kampfe*, und auch im geistigen Leben der Mensch *sein Brod esse im Schweisse seines Angesichts.*" Quod profecto, quemadmodum in libro naturae item offensionibus pleno non licet ad miracula confugere, ita in libro revelationis in tantum non potest succedere, in quantum *in singulis discriminibus ad inspirantis Dei miracula et arbitria singulatim descenderetur.* Succedet demum, siquidem miraculosae inspirationis angustias egressus in omnia universa ac tota complectente divina providentia pedem figas." Theils durch die Hinweisung auf den *Erfolg* (wo z. B. gerade die auffällige *freie* und *abweichende* Behandlung der evang. Geschichte dazu gedient hat, der Einseitigkeit der Auffassung und der *Knechtschaft des Buchstabens* vorzubeugen), theils durch sich darbietende Parallelen (die vielen dunkeln Partieen und Anstösse im *Buche der Natur*, welche doch nimmermehr berechtigen, eine göttliche Vorsehung zu leugnen) lassen sich die Anstösse im *Buche der Offenbarung* in soweit entkräften, dass man dabei Beruhigung fassen kann" („Aphorismen" p. 85 sqq., ubi p. 91. adscripta sunt ejusdem indubia doctrinae puritate muniti theologi verba, quae Annalium ecclesiasticorum Hengstenbergii machinationibus [„*von dem Standpunkte einer alleinseligmachenden Dogmatik allen verschiedenen eigenthümlichen Richtungen Maass und Ziel zu setzen*"] 1836 opposita, etiam nostris hominibus inculcanda erunt: „*Leicht* ist es consequent zu sein, wenn man schnell" [und unbekümmert um allerhand Inconsequenzen!] *abschliesst* und *fertig ist*, schwer, wenn man das *Gewissen der Wahrheit immer offen hält* nach allen Seiten, und im sauern Kampfe mit sich selbst sich gedrungen fühlt, immer mehr inne zu werden, dass all unser Wissen" [also auch jedes kirchliche Wissensgebäude!] „Stückwerk" [und als solches mit allerhand Mängeln und Auswüchsen behaftet] „ist und bleibt; wir können nicht umhin, zu warnen vor jener Consequenz, in der Beschränktheit, welche so leicht mit *anmaassendem Absprechen der Geistesträgheit sich paart.*")

11) „*Die biblische Glaubens- und Sittengesetzgebung erscheint als eine im Bedürfniss von Zeit und Ort thatsächlich fortschreitende, des Abschlusses ermangelnde Entwicklung.*" Argumento est progressio cum a VTo ad NTum, tum intra NTum

non minus popularis quam poetica, prae reliquis *imaginum symbolorumque involucra* amat[12]). Ejusmodi indoles non patitur neque in doctrina neque in narrationibus verba premere, singulatimque peccaretur adversus ipsis-

---

a Petro et Jacobo ad Paulum (eumque in epistolis suis in dies explicatiorem) et ad Joannem, ita quidem ut termini technici theologiae et systematis (ut θεάνθρωπος, Trinitas cet.) nondum compareant. Utrum absolverit Formula concordiae, et qua ad salutem necessitate? utrum et in quantum iis, quae disciplinae legali inservierunt quippe legislatori necessitate (τῇ σκληροκαρδίᾳ Mt. 19, 8) extorta, ut divortiis et jurejurando, etiamnum et posthac carere nequeat ipsa etiam liberior et liberalior a Christo condita disciplina ethica?

12) „*Auf Grund der fortschreitenden Zeit- und Ortsbedürfnisse ist die gesammte biblische Auffassung und Darstellung eine fortschreitend kindlich-bildlich-symbolische.* Quod quidem ita comparatum est, ut nunquam non monendi simus cum grano salis Scripturam sacram et explicare et applicare. Pertinent huc visionum figurae (v. c. 1 Reg. 22, 19 sqq.: „da trat *der Geist*“ [הָרוּחַ Luth.: *ein Geist*] hervor vor den Herrn und sprach: Ich will Ahab überreden. Der Herr sprach zu ihm: Womit? Er sprach: Ich will ausgehen und will ein *falscher Geist* sein in aller seiner Propheten Munde. Er sprach: Du sollst ihn überreden und sollst es ausrichten, gehe hin und thue also“; add. 20, 28. 35 sqq. al.); translationes et imagines singulatim e gentis ingenio et vita petitae (ut Mt. 8, 11. 26, 29?; 5, 22 sqq. 29 sq. 39 sqq. 6, 5 sqq. 16 sqq. al.; add. 21, 15 sq. Luc. 19, 37—40. ubi in *eadem re* in altero evangelio ad „*os infantium*“ Ps. 8, 3. Jesus provocat, in altero *lapides clamaturos* [Hab. 2, 11.] appellat); humane de Deo cogitata aut certe dicta (ut Gen. 1, 3 sqq. 26 sq. 2, 7 sqq. 19 sqq. 3, 8 sqq. al.; nonne etiam 18, 1 sqq. 19, 1 sqq.? an [personarum in Deo s. vestigii s. involucri gratiâ] conf. 48, 15 sq. 31, 11. 13. 29. 28, 18 sqq. 31, 29. 32, 24. 29 sqq. 46, 4. Ex. 3, 2 sqq. 4, 24?). Ad hoc posterius genus pertinet etiam *historia Bileami* Num. 22 sqq. (ubi 22, 20: Gott sprach: „Ziehe mit ihnen“, v. 22: „Der Zorn Gottes ergrimmte, dass er hinzog“, quibus haec adduntur: „Der Engel des Herrn trat in den Weg ... und die *Eselin* sahe den Engel im Wege stehen und ein blosses Schwert in seiner Hand, und wich aus ... und drängte an die Wand ... und fiel auf ihre Kniee unter Bileam ... und sprach: Was habe ich dir gethan, dass du mich geschlagen hast nun dreimal? ... Bin ich nicht deine Eselin, darauf du geritten hast zu deiner Zeit bis auf diesen Tag? habe ich auch je gepflegt dir also zu thun? Er sprach: Nein. Da öffnete der Herr dem Bileam die Augen, dass er den Engel des Herrn sahe“ cet.); in qua historia, etiam in NTo (2 Pt. 2, 15 sq.) in usum vocata, non sufficit profecto *asinae* ante miraculum (ideoque absque miraculo?) *ratiocinantis miraculosam orationem* vindicare aut explicare (v. c. cum Redenbachero: Schon *von Natur:* „ja“, warum nicht *ausnahmsweise:* „Was habe ich gethan, o mein Herr Bileam, dass du mich geschlagen hast?“). Neque omnino attinet, de credendo et credendis disceptare, ubi ea etiam rata facere nemini in mentem venit. Quid v. c. juvat quod Wisliceno suo tempore Guerickius respondit, „*er glaube alles was die Bibel sagt und wie sie's sagt?* Fortasse percutienti maxillam revera alteram porriget (Mt. 5, 39); verum utrum etiam praecepta Mt. 5, 42 („wende dich nicht von dem, der dir abborgen will“) et Luc. 3, 11 („wer zween Röcke hat, der gebe dem, der keinen hat“) revera agnovit? — Itaque nunquam non „cum grano salis“, quod absque judicio et norma fieri nequit.

simam auctorum sacrorum mentem, si v. c. in universum dicta ad *singulos*[13]), et certis hominibus proposita ad *universos* illico transferrentur[14]).

Quid igitur? Scriptura sacra non quidem ipsa est verbum divinum, neque codex sacer sensu juridico, neque liber asceticus sensu vulgari, sed *inservit* pietati *continet*que cum monumenta religionis nostrae tum verbum divinum[15]). Si vel non miraculoso quem systema posuit modo a

13) „*Die Bibel spricht oft im Allgemeinen, ohne zugleich die Ausdehnung und Anwendung auf jede einzelne Person oder jeden einzelnen Fall zu vertreten.*“ Ita v. c. Paulus inde, quod homines peccatores sint *omnes* (Rom. 3, 9 sqq. al.), non concluserit etiam *totos* esse universâ totâque et naturâ et vitâ (et mente animoque et anima ac corpore ideoque etiam in ipsissimis honeste factis quippe „*splendidis vitiis*“), eosque jam *ante peccationem* suam; nec quia Deus paganos libidinibus suis tradidit, ideo etiam *neminem non* paganorum talem fuisse existimaverit (Rom. 1, 24. 26. 28. coll. 2, 14 sq. 1, 19 sq.); nec propter incrementa perversitatis Judaeorum sub lege mosaica hoc ipsum consilium Deo tribuerit, ut nimirum *delicta existerent* et *culpa* (Rom. 5, 20 sq. coll. 3, 19. 4, 15); nec quod per Christum liberatio contigit liberatique per filium *vere liberi* sunt futuri, eo deverterit, veram beandamque libertatem *nonnisi* per Christum, nonnisi per θάνατον, nonnisi per θανατώσιν obedientiam *moriendi*, quin imo per ejus „*obedientiam activam*“ parari *potuisse* et *posse* (Rom. 7, 25. coll. 8, 2 al.; Jo. 8, 36. coll. 6, 44. 65. 37. 39).

14) „*Die biblischen Bestimmungen beziehen sich überwiegend auf bestimmte durch Zeit und Ort bedingte Verhältnisse und Bedürfnisse, welche daher nur zum Theil zugleich als allgemeine Wahrheiten und Pflichten erscheinen.*“ Ita v. c. Rom. 9, 15 sqq. fortasse nonnisi ex concessis? denegatio veniae Mt. 12, 30 sq. pp. ex perspecta illorum Pharisaeorum indole? praeceptum abstinendi a sanguine Act. 15, 19 sq. 28 sq. nonnisi ut est in Conf. Aug. p. 43. [cf. P. I, p. 51. not. 41.]) ad tempus? — nonnisi ad tempus?

15) „*Die heilige Schrift ist ein Gesetzbuch nur insofern, als aus ihr das eine und ewige Gesetz Gottes für alles menschliche Denken und Wollen spricht; ein Andachtsbuch nur insofern, als sie die Stimme der Andacht selbst ist.*“ Cf. Kaehleri oratio sacra (Regiom. 1837): „Ueber Bedeutung und Werth der heil. Schrift“ (*Kein* Unterhaltungsbuch, Schulbuch, Andachtsbuch, Gesetzbuch, Buch der Geheimnisse; *ein* „Lehrbuch in alle dem, was zum Heile der Seele gehört“ und „ein Buch der Offenbarung und darum selbst eine Offenbarung“): Die heil. Schrift ist kein *Gesetzbuch* „in dem Sinne, in welchem Gesetzbücher für die bürgerliche Gemeinschaft gegeben werden; denn da kommt es freilich darauf an, dass für jeden bestimmt werde, was ihm sein Eigenthum und Recht gegen andere, und dasselbe andern gegen ihn, zu sichern vermag. Da sind denn die für das *gemeine Nachdenken entferntesten Verhältnisse* gerade die, welche die *schärfste Bestimmung* fordern ... Solche Gesetze fordert die Ordnung des Hauses, der Stadt, des Landes, und je *buchstäblich genauer* sie sind, um so grössern Werth haben sie, und um so strenger müssen sie gehalten werden. In diesem Sinne ist wohl die heil. Schrift als ein *Gesetzbuch Gottes* betrachtet worden, und man hat jeden ihrer Aussprüche, und jede ihrer Erzählungen sogar, als einen Ausspruch Gottes angesehen, gleich den Befehlen weltlicher Fürsten, dem unbedingt geglaubt und welchem unweigerlich gehorcht werden müsste. Das aber ist eben jene *abergläubische und abgöttische Art*, mit welcher die Juden nicht blos ihr eignes Gesetz, sondern überhaupt alle Theile, ja Buchstaben

Deo spirata intime Deum spirat: historicum sistit religionis decursum ab antiquissimis temporibus Hebraeorum usque ad Apostolos [16]); vera

---

der von ihren Vätern erkannten und gesammelten Schriften verehrten. Es ist die Denkart, welche sie von Jesu Munde entfernte und für den Sinn seiner Wahrheit verschloss ... Gott hat eine *eigne Art der Rede und des Befehls.* Menschliche Wortek önnen sein Wort wohl fassen in menschliche Gedanken und die Seele darauf hinweisen, aber *sie sind nie Gottes Wort.* Sein Wort ist That" (p. 7 sq. coll. p. 5 sq.: „Eine Schule enthält sie wohl, und für solche ist sie zu brauchen, ja unentbehrlich, für die *Schule* der *Gottseligkeit* ... Die heil. Schrift fragt nicht, wie jemand andächtig sein *wolle*; sie ist die *Stimme der Andacht* selbst, des frommen Glaubens, wie er in alter Zeit frei und kräftig aus wahrhaft frommen Seelen drang, und so wird sie Andacht ohne Zweifel in allen erwecken, deren Seele sich zu Gott und seiner Wahrheit neigt und danach sucht").

16) „*Die heilige Schrift ist vergleichbar einem Gotteshause, das obwohl von Menschenhänden und aus irdischen Stoffen gebaut, doch ein heiliges Haus heisst und ist; einer Kunstsammlung, bei welcher der Blick von den ältesten Versuchen auf die Meisterstücke ebensowohl demüthigt als erhebt.*" Die heil. Schrift (ait Kaehlerus p. 13 sqq.) ist „eine Reihe von Denkmalen aus grauer Vorzeit, eine Gallerie von Menschen, welche, vom heil. Geiste getrieben, die Wahrheit d. h. die Erkenntniss des einen und lebendigen Gottes gesucht und immer vollständiger gefunden und deren Kraft in sich empfunden haben, und nun für uns die wirklichen Zeugen für *Anfang und Vollendung des frommen Glaubens* sein können und sein sollen." Wie der Tempel „ein *Gotteshaus*, ein *heiliges Haus*" heisst, gleichwohl „von Menschenhänden und aus denselben irdischen Stoffen" gebaut ist, ja *gebaut sein muss*, soll er anders brauchbar sein, dessenungeachtet aber allen, die „den Geist der Andacht fühlen und begehren", in Wahrheit ein heil. Gotteshaus geworden ist: so ist auch die Schrift „ein Tempel *durch Menschen* gebaut, aber nicht *von Menschen*, sondern von dem Geiste Gottes emporgehoben aus und in den Seelen, Herzen, Reden und Thaten auserwählter Menschen, der nun dasteht als ein Zeuge der göttlichen Vaterkraft und Gnade, um davon Zeugniss zu geben allen, die ihn mit Ernst und Sinn betreten." Wer ins Gotteshaus tritt „und hängt seine Sinne und sein Herz an das und jenes, was seine Augen sehen, sieht nach den Gemälden, ob sie mit Geschmack gearbeitet sind, horcht auf die Töne der Orgel und des Gesanges, ob sie kunstmässig wohl lauten, frägt bei den Liedern, ob er sie nicht besser dichten könne" — nun dem „kann und wird diese Kirche in Ewigkeit kein wahres Gotteshaus sein, sondern ein ganz gemeines Haus, worin er sich langweilt, woran er tausenderlei auszusetzen hat." „Also thut die heil. Schrift den Schatz ihrer *göttlichen Begeisterung*, durch welchen sie so viele Geistesarme und Geisteskranke seelenreich und seelenfrisch gemacht hat, auch nur denen auf, welche sie lesen mit dem Bedürfniss dessen, was sie gewähren kann und soll." „Auch dem, der ... nur vorwitzig Geheimnisse oder abergläubisch Heiligthümer sucht, auch dem bringt sie nur tiefere Dunkelheit in vermeinter Weisheit, und nur Verstockung und Verwirrung des Gemüths in vermeinter Heiligung des Buchstabens. Je mehr *Geist und Frömmigkeit* — nicht Geist von dieser Welt, sondern *Sinn heiliger Wahrheit*, und nicht Frömmigkeit aus falschem Herzen, sondern aus reiner Seele — jemand zu diesem Buche bringt, um so mehr Licht des Geistes und Kraft der Frömmigkeit wird es ihm gewähren."

denique columna et quasi vis vitalis extitit cum judaicae tum christianae religionis, quippe in utraque non solum saluberrimum tranquillationis et sanctimoniae praesidium, sed etiam certissimum adversus aliunde illatas corruptiones et injurias auxilium [17]).

Non est Scriptura sacra fons, ex quo *omnis* quaecunque veritas tandem hauriri et judicari possit et debeat; est vero fons, unde veritas revelata, quippe certo tempore patefacta ideoque *res gesta*, unice haurienda et judicanda est, ita tamen, ut hujus fontis *interpretatio* ad mentis animique ingenium *auctorum*, argumentique eliciendi *aestimatio* ad supremam et communem religionis et honestatis legem sit exigenda [18]). Non enim historice, sed philosophice, i. e. in hoc genere ethice judicari potest, utrum quae Moses et Prophetae, Christus et Apostoli revera docuerint, fecerint, experti sint, sive *ipsa* ab omnibus et nunquam non credi tenerique et fieri debeant, sive certe *consectaria* suppeditent etiam posthac necessaria aut saltem salutaria — uno verbo, utrum et in quantum ad pios credendi confidendi et agendi necessitates ea faciant [19]). Sive igitur ex libris sacris deri-

---

17) „*Die heilige Schrift zu einer ebenso demüthigenden als erhebenden Erbauung und Belehrung zu benutzen, ist die nur auf empirisch-psychologischem Wege erreichbare Aufgabe des christlichen Lehrstandes.*“ Als ein eben so freies Product des religiösen Geistes als freies Bildungs-, Besserungs- und Beseligungsmittel darf sie zu den anderweiten göttlichen Erziehungsmitteln nicht in *Gegensatz* gebracht werden, bedarf vielmehr, wie sie selbst eine Art *göttlicher Anbequemung* ist, einer *fortdauernden, den Bedürfnissen der Generationen sich anbequemenden Handhabung*, und müsste als Erziehungsmittel ihre Bestimmung verfehlen, wollte sie, statt religiös-sittliche Läuterung und Kräftigung, *göttlich offenbartes Wissen und Glauben zur Norm und Aufgabe machen.*

18) „*Ein richtiges Verständniss der heiligen Schriften ist nur in dem Grade möglich, in welchem sie in demselben Geiste aufgefasst werden, in welchem sie geschrieben wurden.*“ Recte igitur monent interpretandi magistri, scriptorum sacrorum (philologicis et logicis praesidiis et legibus superstruendam) psychologicam interpretationem informandam esse πνευματικήν. Qui enim Novi Test. libros scripserunt, novo agitati sunt spiritu, qui historicos pristinae ipsorum vitae limites multis modis perrumperet et excederet. Quodsi vero illud ἅγιον πνεῦμα miraculosum informare placuerit, apparet non solum leges interpretandi partim aliter conformandas partim augendas fore, sed etiam praecedere debere demonstrationem, illum *afflatum miraculosum seu revera fuisse, seu certe ab ipsis scriptoribus declaratum esse.* Certe ad sensum etiam et sententias, quas interpretando tibi invenire videaris, haud parum interierit, utrum *miraculose calamo excipientis* an *pie cum aliis communicantis* imago legenti tibi obversetur.

19) „*Nur insofern und insoweit die heiligen Schriften aus dem Geiste wahrer Religiosität und Sittlichkeit geflossen sind, haben sie Anspruch auf ewige Geltung; nur insofern und insoweit die heiligen Geschichten als thatsächliche Darlegung der wesentlichen Religiosität und Sittlichkeit erscheinen, entsprechen sie dem Offenbarungszwecke einer Erziehung für die Ewigkeit; gehalten und getragen werden sowohl die heiligen Geschichten als die heiligen Schriften durch die ideale Voll-*

ves, quae *revera* tradita et gesta sint, sive quae *vere* ita habeant ut ea credere et facere oporteat: exigendi ipsi sunt ad *communes* leges explorationis et judicationis primum *historicae*, deinde *philosophicae*.

Uno verbo: quamquam mentis animique indoles, quae fuit scriptorum sacrorum, omnium minime cum ingenerata hominibus lege divina pugnat, ita tamen compositae et conformatae sunt collectiones et scriptiones sacrae, ut haec ipsa ecclesiae evangelicae *norma normans normatione*, *canon canone* egeat; „*wir suchen den Canon im Canon*“. Quo minus autem aliâ qualicunque carere possumus normâ, ad quam exigatur, quinam loci ex alteris cum explicandi tum judicandi sint: eo minus sufficit duplex lex a Protestantium theologis primitus inculcata: 1) *A veritate hermeneuticâ valere consequentiam ad veritatem dogmaticam;* 2) *Scripturam sacram esse debere sui ipsius interpretem.* Alterâ enim lege fallentur tandem ipsi, alterâ vero egredi cogentur interpretationis fines. Scripturam enim sacram sese interpretari ipsam, quid est aliud quam theologos eam interpretari studere ex semetipsâ? Id autem etiamsi non facerent quisque ex semetipso: ipsi certe sive concedere debebunt, posse *revera* dicta esse quae non *vere* i. e. ita sint dicta, ut credi et fieri debeant (v. c. si quae ex concessis seu ex accommodatione sunt dicta), sive contra usum loquendi *revera* dicta ea tantummodo appellabunt, quae ut credantur et fiant sunt dicta.

Quam necessariam normam quum satis tuto neque litera scripta neque logica quae addantur seu subdantur ratiocinia suppeditent[20]), nihil reliquum est, quam ad intimos recessus *psychologicae* et *ethicae* veritatis nunquam non descendere[21]). Tali autem Codicis sacri usurpatione optime

---

endung der Persönlichkeit Christi.“ Cf. quod postremum momentum attinet, Judaeorum quae sola relicta est VTi usurpationem, quae tum radicibus soli patrii tum fastigio exspectationis messianae privata ad meras depressa est umbras.

20) „*Als zur Auffindung der mancherlei Einkleidungen und Anbequemungen und zur Feststellung des wahrhaft und wesentlich Christlichen nothwendige Glaubensregel reichen weder die „klare Schrift“, noch die sogenannten Fundamentalartikel, noch die logische Folgerichtigkeit aus, weil in beiden Beziehungen der Geist der Auffassung, also des Auffassenden, das Entscheidende ist.*“ Conclusionum evidentia, in rebus sensûs excedentibus (singulatim quae interni sensûs ethicaeque conscientiae necessitate nitantur) jam per se suis limitibus circumscripta, non potest non fluctuare, ubi cum *a priori* (v. c. e notione Dei et hominis, a Nestorio) tum a *posteriori* (ex effatis scripturae sacrae, ab adversariis) ratiocinia ducuntur; quantopere vero Melanchthonis ad „scripturas certas et claras“ provocatio ipso Ap. loco (p. 290.) fluctuet, supra P. I, p. 51. not. 41. monstratum est. Quaestionem de doctrina fundamentali infra erit occasio explicandi, ubi de formulâ a Synodo Berolinensi proposita agetur.

21) *Quelle und Norm der religiös-sittlichen Wahrheit ist nur die allen Menschen als Anlage gemeinsame in Christus zur Verwirklichung gelangte*

religionis necessitatibus consultum erit, neque ea in orationibus sacris difficultatem habebit. Difficilis erit nonnisi modus, populo christiano in scholis hanc scripturae sacrae auctoritatem efficaciter et sine offensione tradendi, idque eo magis, quo facilius popularis et rudis eaque tralatitia inspirationis informatio, neglectâ necessitate notionem emendandi, intra arctos hosce conjicitur limites: aut scriptura *miraculose et infallibiliter inspirata*, aut *plane non inspirata mereque humana* adeoque *falsa et fallens* veritatis magistra. Certe omnium minime conducit de divinâ humanam superante et excedente auctoritate Scripturae sacrae a priori disceptare et declamare [22]). Satius est quavis occasione data eorum quae continentur

---

Göttlichkeit der menschlichen Natur! Nachdem man, ungeachtet aller Schwankungen in der theoretischen und practischen Anwendung, wenigstens in der Theorie zu der Anerkennung gelangt ist, dass nicht die heilige Schrift selber das Wort Gottes *sei*, sondern dasselbe nur *enthalte*, und dass *nicht alles* was und wie sie's enthält, ohne weiteres als Wort Gottes gelten könne: so bedarf es vor allem einer bestimmten Norm, nach welcher nicht mehr blos auf dem Wege der Auslegung, sondern vornehmlich auf dem Wege der Kritik das *wahre und volle Wort Gottes* aus den heiligen Urkunden abzuleiten sei. Bei der *gleichen Berechtigung* einerseits der Theologie, jene Norm *in den Urkunden selbst zu suchen*, andererseits der Philosophie, dieselbe *nur in den allgemeinen Gesetzen des Menschengeistes anzuerkennen:* ist volle Befriedigung nur insoweit möglich, als derjenige *Geist*, aus welchem die heiligen Schriften mittelbar oder unmittelbar geflossen sind, in der höhern Wahrheit und Göttlichkeit des *Menschengeistes* seine Quelle und sein Ziel hat. Somit wird, da die Vollendung nicht in dem Buchstaben der Schriften, wohl aber in der Persönlichkeit Christi gegeben ist, nur der *sittlich-religiöse Geist* veranschaulicht in der *religiös-sittlichen Vollendung Christi* als höchste und letzte Norm gelten können.— Wisliceni igitur thesis: „*Ob Schrift, ob Geist?*“ rectissime quidem conformata erat, sed hujus ipsius „spiritus“ sive „ingenii“ natura partim non satis explicata, partim adeo adulterata.

22) Omni ex parte vacillat et fluctuat, quod suo tempore contra Wisliceum (etiam Muellerus, Tholuckius, Hupfeldus Halenses) professi sunt: „*Auf der übermenschlichen Geltung der Bibel steht die evangelische Kirche für alle Zeiten, und kann nicht von diesem Grunde herunter, sie falle denn*“; „*sobald ein anderer Grund zur Geltung kommt, ist die evangelische Kirche aufgelöst.*“ Vix credideris, tam ambigua palam a tot et tantis theologis proponi potuisse postquam tam diu et ex omnibus partibus in miraculosa quae humanas vires et leges excederet auctoritate scripturae qualibuscunque argumentis et distinctionibus vindicanda frustra theologia laboravit. Non poterat non evidentiae detrahere in gratiam arbitrii, quod alii statuebant non *omnes* eodem gradu inspiratos esse, alii non *omnia* sive ex *pari* inspiratione sive *omnino* ex inspiratione profecta, alii denique inspirationem ipsam non fuisse *singula singulatim inspirantem* („nicht mechanisch äusserlich, mehr ein Ganzes“), eamque non tam suppeditantem quam *errores prohibentem* („*negative* Inspiration“, ex oppositione positivae cum verborum, tum rerum). Magis adhuc locum fecerunt arbitrio, qui qualis inspiratio quippe divina *esse debuerit* perspexisse sibi visi, docerent quae ad ipsum scripturae argumentum applicanda unicuique relinquenda essent. Huc pertinet Krugii („Gottmenschlicher Ursprung und

dignitatem et praestantiam etiam sine *miraculorum* praesidio et fundamento vindicare. Qui *hanc* Scripturae sacrae virtutem auditorum mentibus et ani-

---

nach Adams Falle alle Menschen, so natürlich geboren werden, *in Sünden empfangen und geboren werden*, d. i. dass sie alle von Mutterleibe an voller böser Lust und Neigung sind und keine wahre Gottesfurcht, keinen wahren Glauben an Gott *von Natur haben können;* dass auch dieselbige *angeborne Seuche und Erbsünde wahrhaftiglich Sünde sei und verdamme alle die untern ewigen Gottes Zorn, so nicht durch die Taufe und den heiligen Geist wiederum neu geboren werden*" (coll. MELANCHTHONIS: alle Werke vor der Rechtfertigung sind verfluchte Früchte eines verfluchten Baumes", et LUTHERI adversus ERASMUM: „die Seele ist ein Lastthier, vom heil. Geist *oder* vom Satan geleitet", die gegentheilige Ansicht ist „gotteslästerlich und heidnisch, das Verdienst Christi gänzlich aufhebend"). Ponitur igitur, homines propter ipsam originem adamiticam aeternum damnandos fore, si vel ipsi (quippe simul toti corrupti) non omnes *peccassent* aut certe *peccaturi fuissent*. Inde theologiae necessitate fluxit doctrina eccelesiarum notionem Dei et pietatem quam maxime offendens et impediens, *extra Christum ejusque ecclesiam nullam esse salutem*. Atque parum profecto satisfecit innatae pietati et religioni, quod v. c. Confessio ipsa de infantium sine baptismate mortuorum aeterna damnatione paululum fluctuavit (in art. IX., ubi latinis: „Damnant Anabaptistas, qui improbant baptismum puerorum et affirmant pueros sine baptismo *salvos fieri*" in textu vernaculo haec respondent: „welche lehren, dass die Kindertaufe *nicht recht sei*"); quod CALVINO Christianorum certe infantes excipere placuit; quod MELANCHTHON (Ap. p. 264) fide in sacrificiis quippe supremi extremique sacrificii (Christi) typo collocata sanctos Veteris Test. [quidni etiam paganos?] salvos fieri posse existimavit; quod JUL. MUELLERUS („die Lehre von der Sünde") inscia et invita Scriptura sacra allaboravit singulorum hominum ante vitam humanam monstrare lapsum (eine angeborne Sündhaftigkeit, die jeden *schuldig* macht, kann nicht ohne *persönliche* Schuld sein, muss also zurückgeführt werden auf einen *individuellen Sündenfall jedes Menschen*, welcher, da er im Zeitleben nicht vorliegt, *ausserzeitlich* gewesen sein muss); quod DORNERUS hunc ipsum singulorum lapsum intra vitam humanam exquirere jussit (wo der Mensch mit vollem wirklichem Bewusstsein und gereiftem Urtheil die über seinen Werth und sein Schicksal *entscheidende Entscheidung trifft*, welcher Punct nur da liegen kann, wo *Christus für den Einzelnen erscheint und ihn zur Krisis bringt*); quod denique haud pauci ad ea se receperunt quae intime dogmati insint bona et sana et salutaria (v. c. SCHWEIZERUS [„die Glaubenslehre der evangelisch-reformirten Kirche" II., 59 sqq.] „der *Kern voll guten Sinnes*"; cui censor [H. L.-Z. 1847, 183.] respondit: „Was darin einen guten Sinn hat, ist wenigstens nicht der Kern des Dogma's, und der *wirkliche Kern* des Dogma's hat *nicht* diesen guten Sinn"). Summo igitur jure DORNERUS necessitatem agnovit dogmatis de peccato originali aliter et quidem ethicis rationibus et legibus convenientius conformandi; quod ut salva re et sine adulteratione fiat, videndum erit (ne existat, ut censor l. c. appellavit, „ein hätschelndes Schönthun mit dem seines angestammten Begriffs entleerten Worte"). Ad *ethica*, quamquam satis infirmis ratiociniis, etiam haec Anonymi declinant: Ein Ausdruck, „dessen Kürze und practische Schärfe eher zu loben", der uns erinnert „an unsere *natürliche Sündhaftigkeit*, und schon

3) cum iis facere, qui *justificationem per fidem* tanquam *genuinae religionis puraeque Christi doctrinae adulterationem* proscribunt. Non *rem* impugnare licet, ubi nonnisi *abusus* justam offensionem movet: nimirum fidei informatio, quae quamquam sanctae tranquillationi efficiendae haud impar, tamen hanc vim ex praeconcepta demum persuasione habet, quae angustior est quam ut omnium et necessitatibus ethicis et intelligentiae atque experientiae christianae satisfacere possit [52]). Utut igitur iis amanter largiendum est, qui istâ fiduciae conformatione se salvâ conscientiâ non posse *carere* sibi persuaserunt, nullo tamen pacto iniquitati seu arrogantiae cedere licet, quae etiam alios quoscunque eadem conformatione *egere* jubet, formam theologiae demum studiis conditam tamquam necessariam

---

durch das Wort *Sünde* den Begriff der Schuld nahe legt, noch mehr aber durch die *Erblichkeit* derselben an die *Allgemeinheit* und *daher*" [!] „an die um so dringendere Nothwendigkeit der Bessrung mit voller Stärke mahnt, jedoch auch durch die Vorstellung der Erblichkeit *oder* durch die natürliche Bestimmung des Menschen *zum Kampfe* gegen die Sünde oder gegen die sittliche Unvollkommenheit uns *tröstet* und uns in dem *Erlösungswerke Heil finden lässt.*"

51) „Alle gründlichen Denker werden zu der Ueberzeugung gebracht werden, dass die Lehre von *Christi Höllenfahrt* als der *erste und vornehmste Tragbalken des ganzen christlichen Wahrheitstempels* zu betrachten sei". Ita Sincerus Bibliophilus: „die Leipziger Religionsfrage: Wie dünket euch um die Höllenfahrt Christi?" (Magdeb. 1844) p. IV.; quia nempe sine praedicatione evangelii etiam mortuis concessa (1 Pt. 4, 6.), cujus item nonnisi initium Christus apud inferos fecerit, doctrina de salute per solum Christum consequenda nequeat salva conscientia teneri (sic „erst löst das sonst gar nicht zu lösende Räthsel von einem *allein seligmachenden Glauben, der aber doch den allerwenigsten Menschen im Leben schon verkündigt wird*" p. 24). Ita dogma, quod Weberus (in Consolatione [Viteb. 1790] „iis scripta quorum pietas a sacramento religionis publico abhorret") ad ea ablegaverat, quae „a majoribus in religionis partibus posita, nostra aetate rectius theologiae finibus adscribantur" (p. 14. not.), illas ipsas denuo occupavit *religionis partes*, quas apud Lutherum et in Formula concordiae (cf. P. I. p. 58. not. 60) habuit. Verum non admodum multi erunt, quos in ista pietatis suae christianae tranquillatione conscientia ipsa acquiescere patietur.

52) „Wir haben nicht vergessen, dass wir im Begriff in die äussere Gemeinschaft einzutreten, welche durch das Bewusstsein der innern wahren Heilsgemeinschaft begründet wird, eine schwer zu berechnende Zahl von Brüdern *draussen zurücklassen*, in denen das Bedürfniss einer ausdrücklichen Gemeinschaft noch nicht denselben Grad der Stärke, das Bewusstsein der im Geiste wirklichen Gemeinschaft aller des wahren Heils Theilhaftigen noch nicht denselben Grad der Klarheit, wie in uns gewonnen hat. Diese um eines solchen Unterschieds willen, der oft nur aus zufälligen Ursachen stammt, überall aber für unser Heilsbewusstsein nur eine untergeordnete Bedeutung hat, *für jetzt und vielleicht für immer verloren zu geben, fällt uns unmöglich.* Lieber *würden wir selbst draussen bleiben, als über sie das Verwerfungsurtheil aussprechen, welches man, wenn auch jetzt nicht mehr mit dem fürchterlichen Klang ausdrücklicher Worte, uns über sie sprechen heisst.* Sunt verba Weissii l. c. p. 83. Add. not.

salutis pietatisque et sinceritatis conditionem omnibus ac singulis obtrudens.

Non magis 4) iis cedendum est, qui arctissime nexam *divinam Christi invocationem alteri vetare alteri injungere* audent. Quemadmodum enim non in adorandi formulis et consuetudine sed in pia animi deditione et devinctione verus Dei cultus consistit, ita vicissim qui se Christo ejusque institutioni intime devinctum et deditum sensit, omnium minime sé impediri et quasi abstrahi patietur injecto summi numinis majestatem violandi periculo. Agitur enim res sanctissima, quae omnium minime majestati divinae detrahere potest. Ut autem verissimae ad *Deum* preces etiam sine verbis fieri possunt, ita *Christi* quoque intima adoratio et veneratio locum habere potest etiam sine diserta invocatione. Certe qui omni vita sua non sibi suaeque gloriae sed unice patris honori fratrumque saluti inservire voluit, si invocatio gratiarumque actio ad patrem convertitur, non sibi detrahi putabit, sive homo sit divinus sive Deus humana carne indutus. Contra quovis pignore contradicendum est, si qui *verum* cultum ad Christum *restringere* velint[53]), eosve, qui non audent de vero quasi modulo naturae Christi decernere[54]), damnare non dubitant.

---

53) Ita Confassio Aug. art. XXI. (contra cultum sanctorum) exaggeravit: „Hic (Christus quippe unus „mediator, propitiatorium, pontifex, intercessor") invocandus est, et promisit se exauditurum esse preces nostras, et hunc cultum maxime probat, videlicet ut invocetur in omnibus afflictionibus" (in textu vernaculo: „Und der hat *allein* zugesagt, dass er unser Gebet erhören wolle; das ist auch der *höchste Gottesdienst* nach der Schrift, dass man denselbigen Jesum Christum in *allen Nöthen und Anliegen* vom Herzen suche und anrufe"). Quod quidem in promtu est non posse e loco addito 1 Jo. 2, 1. derivari, nisi, subdita et inserta satisfactione vicaria θεανθρώπου, ex qua, quemadmodum salutem, ita etiam *verum Dei cultum* nonnisi per Christum et in Christo existere posse, consequitur.

54) Non temere Uhlichius: „Wer war Jesus? Hier fehlt die Antwort." Non enim alienum est, quod Boehmius [„Versuch, das *Geheimniss vom Menschensohne* zu enthüllen". Neust. 1839] notavit, aperiri et demonstrari quidem posse obscuram vim vocis (= „*der ideale Mensch*"), minime vero obscuras et arcanas rei rationes („wie Jesus *darauf und dazu kam*", zum Ideale der Menschheit wurde). Quae vero in Scriptura sacra habentur formulae (Filii Dei, Filii primogeniti, unigeniti cet.), utut *religioni* satisfacere valent, non tamen plane et plene *naturam* Domini sistere, testatur quod *theologia* et ecclesiae definitiores formulas tentare coactae sunt; quae formulae quo explicatiores extiterunt, eo magis eo fere cesserunt, ut *talem* certe illius personae divinae naturam *non fuisse* monstrarent. Ita v. c. Thomasio Erlangensi [„Beiträge zur kirchlichen Christologie" Erl. 1845] doctrina publica visa est detrahere homini in gratiam Dei (der „Mensch" werde verkürzt zu Gunsten des „Gottes"; selbst für die Versöhnungslehre sei eine „*lebendigere Durchdringung*" der beiden Naturen nothwendig, eine *Erniedrigung der göttlichen Natur*, sich bestimmend *auch als Gott kein andres Bewusstsein zu haben als als Mensch*); cui sententiae, in formula publica Deum non satis comparere hominem factum, hanc Dornerus sententiam tulit: Es sei schwerlich zu sagen, dass sie

Eodem denique injustissimae arrogantiae nomine 5) culpandi sunt, qui *Scripturas sacras sive infallibiles agnoscere jubent sive divinas dicere vetant.* Quae enim ex altera parte ita conformatae habentur, ut auctoritatis si vel miraculosae auxilium non sufficiat, eae ex altera parte tam antiquae et profundae et aeternae veritatis sunt, ut nostris adhuc temporibus etiam sine positivae auctoritatis praesidio satisfaciant. Itaque teneantur necesse est non quia *singulari* auctoritate sunt sancitae, sed quia divino suo a fraude alienissimo afflatu *revera* religioni et pietati etiamnunc eo magis inserviunt, quo magis a rerum et verborum miraculis liberantur. De modo et gradu illius afflatus theologi jure scholae disceptabunt; ecclesia vero, si suo in alterutram partem decernendi jure uti deberet, alterutris injuriam facere cogeretur.

D.

Ejusmodi a miraculorum et dogmatum servitute liberandae ethicae et psychologicae progressioni et consummationi Protestantismi non poterat formula satisfacere, quam obstringendis magistris adhibendam Nitzschius et Synodus Berolinensis proposuerunt. Imo jure reprehensum est, quod partim ad formularum biblicarum *ambiguitatem* se recepit, partim ad symbolum publicum *decurtandum* confugit. Est autem haec [55]):

---

auch nur den kirchlichen Grundgedanken festhalte, es sei *ein physischer Gottesbegriff statt eines ethischen!* Atque Ebrardi [„die Idee der Gottmenschlichkeit des Christenthums der Schlüssel zur Lösung der wichtigsten Probleme der neuen Theologie“ Turic. 1844] comparationem: „*Auch die Menschheit ist gottmenschlich, aber nur die erlöste*“, eo emendavit Reuterus: nicht gottmenschlich, sondern „nur *göttlich-menschlich*“. Quodsi vero Ullmannus [„Ueber den unterscheidenden Character des Christenthums in Beziehung auf neuere Auffassungsweisen“ Hamb. 1845] demonstravit, primarium religionis christianae momentum ac fundamentum situm esse in *ethica Christi virtute*, [„nicht in seiner Lehre oder seinem sittlichen Gesetz, selbst nicht in seiner erlösenden Kraft, sondern in der *Persönlichkeit Jesu*“ = „*die Religion der Gotteinheit in seinem Stifter und der Einigung mit Gott in den Gläubigen*“]; non certe contigit demonstrare, istam divinam in Christo unitatem seu ἀναμαρτησίαν non existere potuisse nisi *unione et unitione naturarum miraculosa*, adeoque illum ipsum *Deum filium* poscere, quem ecclesia deinceps professa est.

55) Cf. Jul. Muellerі vindicias: „die erste Generalsynode der evang. Landeskirche Preussens“ (Vratisl. 1847; ubi quae contra Uhlichium [„17 Sätze in Beziehung auf die Verpflichtungsformel protest. Geistlichen, ausgegangen von der Synode zu Berlin 1846“] disputantur, longe imbecilliora sunt iis quae Hengstenbergio ejusque sociis respondentur). *Dannhauer* (ev. Past. in Stramehl bei Labes in Pommern): „Epecho. Die in der Verpflichtungsfrage arbeitende preuss. Generalsynode“ (Hal. 1847; qui liber singulatim comparatione sententiarum bene meruit). „Die Angriffe der evang. Kirchenzeitung auf das von der Generalsynode genehmigte Ordinationsformular, beleuchtet von einem Geistlichen (2 fascc. Berol. 1846 sq.); Brenske (ref. Pred. zu Strasburg in d. U.): „der Philosoph und das Ordinationsformular der Generalsynode (Berol. 1847). Add. Richter (Prof. der

„Wer zum Lehramt der evangelischen Kirche gesetzmässig berufen ist und durch Gebet und Handauflegung dazu eingesegnet werden soll, hat öffentlich zu bezeugen, dass er im gemeinsamen Glauben der evangelischen Kirche stehe, demnach *zum Ersten* weder seine eignen Meinungen noch irgend welche Satzungen, sondern das Wort Gottes in den prophetischen und apostolischen Schriften zum Richtmaass seiner Lehre nehme, *zum Andern*, dass er in derjenigen Auslegung der heiligen Schrift, welche nach dem Gesetz der Sprachen durch den heiligen Geist geschieht, unter Gottes Beistand treulich und fleissig fortfahren wolle, in Einigkeit mit den Bekenntnissen allgemeiner Christenheit und mit den Bekenntnissschriften der evangelischen Kirche als Zeugnissen von den Grundthatsachen und Grundwahrheiten des Heils und Vorbildern gesunder Lehre.

Hiernach frage ich Euch vornehmlich: Ob Ihr mit der allgemeinen Christenheit auf Erden bekennet Gott den Vater, den Sohn und den heil. Geist?

Sodann: Ob ihr mit der gesammten evangelischen Kirche *zum Ersten* Jesum Christum, den eingebornen Sohn Gottes, der sich selbst entäusserte und Knechtsgestalt annahm, bekennet als den einigen Mittler, sintemal er als Prophet von Gott mächtig von Thaten und Worten den Frieden verkündigt hat, und als den einigen Hohenpriester, der uns durch seinen Tod mit Gott versöhnt hat, da er ist dahingegeben um unsrer Sünden willen und um unsrer Gerechtigkeit willen auferwecket, darnach sich gesetzet hat zur Rechten der Majestät in der Höhe und herrschet ewiglich als Haupt der Gemeine, die er sammelt und erhält mittelst des Worts und der heiligen Sacramente durch den heiligen Geist, der von ihm gesendet in unsre Herzen uns Jesum nennen lehret unsern Herrn und die Gnade erkennen, so uns in ihm geschenkt ist?

Zum Andern, ob Ihr im Glauben an solche frohe Botschaft von der freien Gnade Gottes in seinem geliebten Sohne bekennen und bezeugen wollet, dass wir allzumal Sünder sind, aber Kinder Gottes werden durch den Glauben an Christum, in welchem wir, gerechtfertigt vor Gott aus Gnaden ohne Verdienst der Werke, das Pfand des unvergänglichen Erbes haben, das behalten wird im Himmel, und dass wir durch denselbigen Glauben, der in der Liebe kräftig die Früchte des Geistes hervorbringt, in täglicher Erneuerung des Herzens vollbereitet werden auf den Tag Jesu Christi?“

Quatuor theses, quibus Synodus hanc formulam superstruxit, non omnes probari poterunt totae. Opus profecto est publica doctores (si vel absque

---

Rechte zu Berl.): „die Verhandlungen der preuss. G.-S. Uebersichtliche Darstellung nach der amtlichen Ausgabe der Protocolle“ (mit einer hist. Einleitung; Lips. 1847); Krueger (ev. Pf. zu Schenkenberg im H. Sachsen: „Berichte über die erste ev. G.-S. Preussens“ (mit einem Anhange der wichtigsten Actenstücke; Lips. 1846).

jurejurando) obstringente *confessione*[56], quam ad *Scripturam sacram* restringere non sufficit[57], *certis* libris symbolicis adstringere non conducit[58], sufficit vero et conducit ad Scripturae sacrae explicationem in Confessionibus exhibitam *in universum* ablegare[59]. Contra non est cur non liceat *singulorum coetuum* arbitrium hac in re *universae ecclesiae* decreto subjicere[60].

56) „Eine irgendwie *geordnete Lehrfreiheit* und dem zufolge ein das *Lehramt verpflichtendes öffentliches Bekenntniss*, an welchem der berufene und zu verordnende Geistliche ausdrücklich (*wiewohl ohne Eidschwur*) Theil nimmt und welches rechtliche Wirkungen hat, ist *Erforderniss* und der *Würde der Kirche* angemessen."

57) Das Lehramt *lediglich auf Schriftmässigkeit* und auf das richtschnurliche Ansehen des Wortes Gottes zu verpflichten, *genügt nicht*; die lehrende, berufende, ordinirende Kirche *muss eine Stellung* zu ihren Bekenntnissen nehmen."

58) „Wo es ausdrückliches ordnungsmässiges Verlangen der Gemeinden und ihrer Vertreter oder Patronate ist, dass der Geistliche auf ein lutherisches oder reformirtes Bekenntnissbuch berufen werde, ist es schon in Bezug auf die *erst werdende und nicht zu erzwingende Lehrunion* unzulässig, dem von Seiten der Landeskirche und des Kirchenregiments entgegenzutreten; das letztere hat aber auch theils in Rücksicht auf *schon bestehende Unionen*, theils in Betracht des ganzen zeitlichen Zustandes und geschichtlichen Entwicklungsganges *sich einer neuen Einführung der unbedingten Verpflichtung auf bestimmte symbolische Bücher zu enthalten.*"

59) „Es ist an sich zulässig, und im Interesse der evangelischen Union, sowie der Pacification der Kirche erforderlich, es nächst der Verpflichtung des Lehramtes, das Wort Gottes zum Richtmaass zu nehmen, bei einer *allgemeinen Hinweisung* auf die in den Bekenntnissen der allgemeinen Christenheit und in den Lehrzeugnissen der Reformation vorgebildete *Auslegung bewenden zu lassen*, unter der Bedingung, dass von da das Formular der Vorhaltung an den Ordinanden zu einem *materiellen Bekenntnisse in Urworten der Schrift* und nach Analogie der Apostellehre übergehe". —

60) „Ausdrückliches *ordnungsmässiges* Verlangen" est in thesi tertia; quod si facta ecclesiarum unione unitis confessionibus concessum singulorumque coetuum arbitrio relictum est, non probari poterit. Formula ecclesiae unitae sancita sane haec erat: „Erstens, *keine andere Lehre predigen und ausbreiten zu wollen, als die, welche gegründet ist in Gottes lauterem Worte, den prophetischen und apostol. Schriften Alten und Neuen Testaments, unserer alleinigen Glaubensnorm, und verzeichnet in den drei Hauptsymbolen, dem apostatischen, nicenischen und athanasischen, und* [hier werden, wie herkömmlich, die symbolischen Schriften genannt], *und in deren Geiste die Agende unsrer evangel. Landeskirche abgefasst ist, und der zu folgen euch obliegt*". Apparet, eodem jure, quo singuli coetus singulive adeo ecclesiarum „patroni" strictiorem specialis confessionis verbi ministris injungendam professionem poscant, etiam singulos in singulis coetibus socios audiendos fore. Ita sane arbitrium suis limitibus circumscriptum videri poterat; sed quae occasione Synodi Berolinensis auctoritate publica relata sunt, docuerunt, summam in hac re per universum regnum extitisse fluctuationem. Quae fluctuatio, eo sane magis medela egens, quo magis Confessionum discrimina animis denuo insinuarentur, omnium minime ista via revera et salubriter tolleretur. Accedit, quod ita gravior quaecumque rerum ecclesiasticarum emendatio non „reformationis" sed unice „revolutionis" via posset existere.

Nec intelligitur, cur inaugurandis proponenda confessio in recensum aliquem confitendorum excurrere debeat, quum, si qui alii, certe doctores vix egeant tali singulorum ipsissimarumque Scripturae sacrae formularum inculcatione [61]).

Quod si vero necessarium aut certe consentaneum est visum, „materiem“ quandam confitendorum proponere profitendam: poterat sane proponendus doctrinae ambitus *solis Scripturae verbis* ita absolvi, ut plus sisteret, quam ista *generatim* facta ad Scripturam sacram certumque eius explicationem ablegatio. Poterat, quae hujus explicationis quasi complexio esset, *summa* quaedam proponi, in cujus gratiam usitatae formulae modo *contrahendae et decurtandae*, modo *amplificandae et explendae* essent, ita ut *mero delectu* res absolveretur. Verum eiusmodi delectus partim non extendendus fuisset ultra *brevissimam comprehensionem*, partim formulam usitatam *quammaxime tenere* debuisset.

Neutrum factum est in formula Berolinensi. Quod articulis Symboli apostolici primo et tertio transmissis in secundo subsistere placuit, justam habet excusationem, decernebat momentum *historicum*, cui *religiosum* et *ethicum* sponte subsunt et insunt. Verum quod historicis hujus articuli momentis, quae sane quippe in *credendis* subsistentia *confisuro* non satisfaciunt, substituuntur *formulae duplicis status et* singulatim *triplicis muneris*, hoc quamquam locus dogmaticus de Christo propheta, sacerdote et rege non solum plena appellationis explicatio [62]), sed etiam adversus exaggerationem cum doctrinae tum mortis Christi perquam utilis ac necessarius est, satis incommode est factum. Jam per se offendit, quod istae formulae intimo suo argumento sunt translationes. Accedit quod his translationibus fere subsunt imagines et imaginationes judaicae satis ab eo alienae, quem Deus *Spiritu sancto et potentia unxit* [63]). Nec denique momento caret, quodque istae formulae e variis Novi Test. libris petitae diserta destituuntur ad singulos vitaeque eorum emendationem applicatione, omninoque ipsum quem dicunt *ordinem salutis* non accurate et diserte exhibent. Satius fuisset, in brevissimo obtutu acquiescere, quem Paulus exhibuit [64]), quod

---

61) Addita conditio non potest non ipsam necessariam visam concessionem tollere, nisi fortasse, quae subjungitur „materia“ confitendorum *brevitate ac ambiguitate* sua non admodum ultra normam *generatim* propositam procedat. Utrum nonnisi ipsissimis Scripturae verbis, ubi ultra ea ipsum omnibus profitendum *Symbolum apostolicum* jam processit? Atque apostolicae doctrinae analogia utrum jus aut officium suppeditet nonnisi cum Scriptura loquendi? —

62) Der *Gesalbte κατ' ἐξοχήν*, die drei durch *Salbung* zu weihenden Hauptämter der hebräischen Theokratie in seiner Person umfassend.

63) Act. 10, 38. (ἔχρισεν αὐτὸν ὁ θεὸς πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει).

64) 1 Cor. 1, 30. (ubi Lutheri versio: „zur Weisheit und zur Gerechtigkeit und zur Heiligung und zur Erlösung“ paulinam notionum dispositionem neglexit);

nempe Christus nobis divinitus factus sit *σοφία, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμός, καὶ ἀπολύτρωσις* i. e. qui hanc *intelligentiam* singulis insinuaret, *animi tranquillatione* et *vitae sanctimonia* [65]) veram parandam esse *liberationem* et *libertatem* [66]). Ita brevissima comprehensione sisterentur, quibus veri christiani *religio* carere nequit; quibus vero *theologia* eget, ea, quippe non tam vitae quam scholae inservientia, singulis relinquerentur cum informanda et explicanda, tum ad animi vitaeque necessitates applicanda; qua quidem ratione optime consultum foret ecclesiae et stabilitati et libertati [67]).

Aliter in formula Berolinensi. Praeterquam enim quod istae formulae ipsae magis sunt e genere *theologico*, placuit etiam quam plurima inserere momenta *dogmatica*. Atque ibi quidem, quod neque *satis definita* [68]) neque *plena* [69]) sunt, justam habet offensionem.

---

in quo quidem loco abstracta pro concretis posita juvant potius, quam impediunt.

65) „Justificatione et sanctificatione“ dixerint dogmatici, „legalitate et moralitate“ ethici.

66) Ita fortasse Symboli apostolici (in quo quot desiderentur, ex ipsa a Lutherо addita explicatione videre est) haec sese commendabit transformatio: *Ich glaube an Gott den Vater, allmächtigen Schöpfer Himmels und der Erden, und an Jesum Christum, den Eingebornen vom Vater, unsern Herrn, der uns von Gott gemacht ist zur Weisheit, zur Gerechtigkeit und Heiligung, zur Erlösung, und an den heiligen Geist, den ewigen Geist der Kirche Christi, der uns in alle Wahrheit leitet, hier auf Erden und einst im ewigen Leben.*“ Cf. libellum n.: „Die Artikel der Grundrechte über Kirche und Schule und die evangel. Kirchenverfassungsfrage“ [Lips. 1849.] p. 38. (coll. p. 37: „Bei Erwachsenen wird eine Erweiterung [der Taufformel] nöthig werden, wie auch bei der Confirmation, wo sichs ausser der Bestätigung des Taufbundes noch um die Entscheidung für die bestimmte Kirche handelt; aber auch hier wird die *allgemein-religiöse, die religiös-christliche und die christlich-confessionelle Glaubenssubstanz* ausreichen, dagegen die nähere und namentlich die unterscheidende Begründung der Schule zu überlassen sein“).

67) „Die evangelische Kirche ist keine blos *fragende und suchende*“, recte monet Dornerus; verum monenda ipsa est, ne se putet religionis christianae Scripturaeve sacrae intimos recessus ac thesauros jam penetrasse et exhausisse. „Rücksichtlich der *Verpflichtung ihrer Lehrer in Kirchen und Schulen* wird wenigstens die *protestantische Kirche* die Verpflichtung weiter als auf die *Principien des Protestantismus* schon deshalb nicht ausdehnen dürfen, weil sie die *Pflicht freier und fortgesetzter Forschung als ihr eigentliches Lebenselement betrachten muss.* Die Verpflichtung kann demgemäss, um jeder *Gewissensbeschwerung*, sowie allen *Modificationen und Interpretationen* vorzubeugen, nur auf das *Wort Gottes und Evangelium nach den Grundsätzen der (evangelischen; lutherischen; reformirten) Kirche* gerichtet werden“ (p. 38 sq. libelli c. „die Artikel der Grundrechte“ cet.)

68) Ita commemoratio *peccati* substitit in communitate peccandi, omisit igitur, quo hic locus theologis nostris *articulus fundamentalis antecedens* extitit, communem ingeneratam culpam et impotentiam, uno verbo *peccatum originale.*

69) Ita v. c. desunt *supernaturalis generatio* et *descensus ad inferos.* Sane qui-

Haud igitur mirum, quod neutris satisfecit[70]). Namque etiam, quod rectissime non solum primaria et secundaria, sed etiam genus dogmaticum et historicum distinxit (*„Grundthatsachen und Grundwahrheiten des Heils“*), id in subjuncto recensu ita evanescit, ut meram amplificationem suspicari possis.

Utraque vero distinctio prae reliquis rata est facienda, ita quidem, ut primum *„veritates“* ad naturalem, *„res gestae“* ad positivam religionem et theologiam restringantur; ut deinde et in „rebus gestis“ et in „veritatibus“, quae credendae sistuntur, alteras esse alteris minus necessarias et principales agnoscatur; ut denique utrasque esse intime et necessario nexas, nunquam non inculcetur[71]). Christiano homini primarium momentum faciunt *res gestae*, quibus nova religionis et salutis via non solum introducta est, sed etiam posthac superstructa mansit; verum hae res gestae valent demum, in quantum promulgationes et praesidia sunt *veritatum* religionis divinitus naturae humanae ingeneratae, et quae ex iis deriventur veritates s. dogmata, secundo demum loco consistent, quippe non interna animi necessitate suppeditatae, sed auctoritate historica nixae. Monumenta vero publica cum rerum gestarum tum veritatum religionis christia-

---

dem illa generatione non eget joanneum de *λόγῳ*, qui *σάρξ ἐγένετο*, philosophema; quodsi igitur per se absque offensione transmitti potuisset, tamen diserta post tot disceptationes facta omissio non potest non suspicionem movere proscriptionis de industria factae, quasi hae narrationes idonea destitutae siut seu veritate seu certe gravitate.

70) Ita sententiam complexus est Anonymus: „Indem das Ordinationsformular der Berliner Generalsynode die blosse Verpflichtung auf Schriftmässigkeit für ungenügend erklärt, ohne anders als in *Schriftworten* aufzutreten; indem es zu treulicher und fleissiger Schriftforschung verpflichtet, ohne derselben die nöthige *Freiheit* zu gewähren; indem es endlich Einigkeit mit den Bekenntnissen allgemeiner Christenheit und der evangelischen Kirche verlangt, und doch in seiner Specialisirung wesentliche Stücke jener Bekenntnisse *übergeht:* erscheint es allerdings als ein ‘Gemisch aus Bekennen und Nichtbekennen‘; als eine im Principe der Union dem Zeitgeiste gewährte ‘Abschlagszahlung‘, die dem Einen *zu viel,* dem Andern *zu wenig* enthalten muss; kurz als eine Formel, die *viel zu dogmatisch und unbestimmt* ist, als dass sie mit ihren ‘*Zeugnissen von den Grundthatsachen und Grundwahrheiten des Heils und Vorbildern gesunder Lehre*‘ der Gemeinde oder auch nur dem Lehramte gerecht werden könnte“. —

71) „Man kann's mit Nitzsch die ‘Grundthatsachen und Grundwahrheiten des Heils‘ nennen, wenn man anders nicht vergisst, dass das *Heil* nur aus der *Heiligung* kommen kann; dass diese Heiligung und die Kirchen*heiligkeit* zwei ganz verschiedene möglicherweise sogar entgegengesetzte Dinge sind; dass ‘*Wahrheiten*‘ im Unterschiede von ‘*Thatsachen*‘ nicht auch auf *historischem,* sondern auf *psychologischem* Grund und Boden ruhen, also *nicht ohne Vermittlung allgemeinmenschlicher Wahrheit festgestellt werden können*“ (l. c. libelli „die Artikel der Grundrechte“).

nae quod attinet, magnopere, opinor, laboraret, qui Scripturae sacrae studio se coactum videret cum Formula Concordiae[72]) profiteri, vel „ingeniosissimos et doctissimos homines“ evangelium, „quanto diligentius elaborent .. tanto minus intelligere et credere“, sed „ea omnia *pro stultitia et meris nugis et fabulis* habere, priusquam a Spiritu sancto“ [miraculose] „illuminentur“; qui vero Symbolorum evangelicae ecclesiae cardinem et quasi materiam, justificationem ex fide, experiretur ipsissimo suo argumento *religioni et virtuti adeo adversariam*[73]), quomodo salva conscientia munere in hac ipsa ecclesia fungatur? Ad Scripturam sacram provocare, ei tantum liceret, qui nonnisi *verbo divino* fide data obstrictus esset. Ejusmodi autem provocationem ad Scripturae sacrae auctoritatem ad *certam aliquam explicationem* ablegare[74]), vel propterea alienum est, quod utrum et in quantum de Scriptura sacra jam *explicata* an adhuc *explicanda* cogitandum sit, in ambiguo relinquitur. Contra, quam antiquiores formulae non absque fundamento biblico fere habent[75]), provocatio ad propheticas et

---

72) p. 657 („dass, wenn schon die allersinnreichsten und gelehrtesten Leute das Evangelium ... lesen und hören, dennoch dasselbige aus eignen Kräften nicht vernehmen, fassen, verstehen noch glauben und für Wahrheit halten *können*, sondern *je grössern Fleiss und Ernst sie anwenden*, und diese geistlichen Sachen mit ihrer Vernunft begreifen wollen, *je weniger sie verstehen und glauben, und solches alles allein für Thorheit und Fabeln halten*, ehe sie durch den heiligen Geist erleuchtet und gelehret werden“).

73) ut Greilingius („Hieropolis“ p. 57): „*Blödsinn und Aberglaube ist die antibiblische Lehre, von der Sündenvergebung zur Bessrung und von der Begnadigung zur Tugend überzugehen.*“

74) In thesi quarta (cf. not. 59.) explicatio sistitur in Confessionibus repraesentata („in den Bekenntnissen der allg. Christenheit *und* in den Lehrzeugnissen der Reformation *vorgebildet*“); in Formula ipsa jubentur pergere in explicatione, quae per Spiritum sanctum fiat („welche *nach dem Gesetz der Sprachen*“ [non: linguarum natura ita poscente, sed: si vel intra linguarum leges?] „*durch den heiligen Geist geschieht*“).

75) Cf. Eph. 2, 20. et supra not. 60. Aliter in Formula saxonica, quam juvat adscribere

et antiquam (1601):

„Ihr sollt geloben und schwören, dass Ihr dem durchlauchtigsten Fürsten etc. vermöge Eurer Vocation und Amtes getreu und gewärtig sein wollet, bei dem reinen und christlichen Bekenntniss dieser Lande, wie dasselbe in der ersten ungeänderten Augsburgischen Confession begriffen und im Christlichen Concordienbuche repetirt und erklärt und wider alle Verfälschung verwahrt ist, beständig ohne einigen Falsch verbleiben und

et recentiorem (1811):

„Ihr sollt geloben und schwören: in Ansehung der Religion bei der in hiesigen Landen angenommenen reinen evangelischen Lehre, wie solche in der heiligen Schrift enthalten, in der ungeänderten Augsburgischen Confession dargestellt, und in den übrigen symbolischen Büchern der evangelischen Kirche wiederholt ist, fest und standhaft zu verbleiben, ihr gemäss zu lehren, wider Aufrechthaltung dieser Lehre weder ins-

apostolicas scripturas („*das Wort Gottes in den prophetischen und*

verharren, darwider nichts heimliches oder öffentliches practiciren, auch, wo Ihr vermerket, dass solches andre thun wollten, dasselbe nicht verhalten, sondern ohne Scheu alsobald offenbaren; da auch Gott verhängen möchte, das er doch gnädiglich abwenden wolle; dass Ihr Euch selbst durch Menschen Witz und Wahn von solcher reinen Lehre und Erkenntniss Gottes entweder zu den Papisten, Calvinisten oder andern obbemeldeter reinen Confession widrigen Secten abwenden würdet, solches Ihrer Churfürstl. Durchlauchtigkeit alsobald vermöge Eures geleisteten Eides ungescheut anmelden und dero fernere gnädigste Resolution und Verordnung erwarten wollet.“

geheim noch öffentlich etwas zu unternehmen, auch wenn Ihr wahrnehmet, dass andre diess thun wollten, es nicht zu verheimlichen, sondern solches sofort Euern Vorgesetzten zu melden, und dafern Ihr Euch in Eurem Gewissen gedrungen fühlen solltet, von dem bei der evangelischen Kirche angenommenen Lehrbegriffe bei Euren Lehrvorträgen abzuweichen, oder Euch zu einer andern mit dieser nicht vereinbarlichen Confession zu bekennen, solches ohne Anstand vermöge des von Euch geleisteten Eides bei Euern Vorgesetzten anzuzeigen, und darauf fernere Entschliessung zu erwarten“.

Hoc a Christiano II. adversus Cryptocalvinismum introductum *juramentum religionis* magis fere civitatis magistratus et praefectos spectasse, quam ecclesiarum et scholarum magistros, apparet ex promulgationibus: „Wir haben bei Antretnng unsres churfürstlichen Regiments *keinen Diener*, vom höchsten bis zum niedrigsten, bestellt und angenommen, er habe denn neben der gewöhnlichen Pflicht auch das *juramentum religionis* prästirt“ (Proposition vom 9. Dec. 1601). — „Wir sind von etlichen Jahren her glaubwürdig berichtet worden: wie dieser Unsrer Lande Kirchen und Schulen an andern Orten beschuldigt werden, als wenn fast alle sieben Jahr eine Mutation und Veränderung der Confession darinnen vorgenommen würde. Welches uns der Ursach desto schmerzlicher zu vernehmen vorgekommen, dieweil gewiss ist und gründlicher zu erweisen steht, dass unsre christlichen und hochlöblichen Vorfahren, christmilden Gedächtniss, von der Zeit an, da Gott aus besondrer Gnade das selige Licht des heiligen Evangelii am Ende der Welt durch den Dienst seines getreuen Werkzeugs, Hrn. Dr. Martini Lutheri, aus seinem unfehlbaren Wort rein und lauter wieder an den Tag gebracht hat, ihr Glaubensbekenntniss niemals verändert, sondern jederzeit beständig und unverrückt bei der einmal Anno 1530 dem Kaiser Carolo V. und dem heil. Römischen Reiche übergebenen Confession, von Churfürsten zu Churfürsten, mit christlichem Ernst und Eifer verblieben, und derselben eines Theils grosse Unkosten und Ungelegenheit darbei ausgestanden, dass ihnen gewisslich der Ruhm der Beständigkeit in der wahren Religion zur Ungebühr entwendet wird. Darneben aber haben wir auch dieses verstanden, dass falsche zweizüngige Leute gefunden worden, welche zwar gegen ihre gnädigste Herrschaft mit Worten scheinbar vorgegeben, als wenn sie der reinen und ungeänderten Augsburgischen Confession wider alle Corruptelen und Schwärmereien der Calvinisten sowohl als andrer Ketzer zugethan wären, und haben doch im Grunde ihres Herzens eine andre falsche irrige Opinion verborgen gehabt, welche sie auch durch ihres Gleichen mit heimlichen Practiquen eingeschoben und so viel an ihnen gewesen, untreulich hinterrücks und mit Betrug ihrer von Gott dem Herrn ordentlichen vorgesetzten Obrigkeit fortgepflanzt haben. Diese Leute haben bisweilen Zwiespalt und Zerrüttung in dieser Lande Kirchen und Schu-

apostolischen Schriften“) ex sancita formula recte servata est, quippe quae

len verursacht, welche doch jederzeit durch Gottes Gnade von der christlichen Herrschaft gestillet und aufgehoben ist worden, sobald diese hinter dieser falschen Leute bösliches Vorhaben gekommen ist. Dieweil denn Gott selbst diesen laulichten Leuten, die in Religionssachen weder kalt noch warm sind, feind ist und sie bedräuet aus seinem Mund auszuwerfen, so haben auch Wir alsbald Anfangs Unsrer Churfürstl. Regierung es dahin gerichtet, dass alle Unsre Räthe, Diener, Haupt- und Amtleute das juramentum religionis geleistet und dahin sich verpflichtet haben, dass neben Uns sie bei der ersten ungeänderten Augsburgischen Confession, wie dieselbe Anno 1580 im christlichen Concordienbuche wiederholt, erklärt und wider allerlei Verfälschung der Lehre verwahret ist, durch Gottes Gnade fest und standhaftig bis an ihr Ende halten wollen.“ — „Damit nun solchem unsern christlichen Vorhaben auch künftig desto beharrlicher nachgesetzt werden möge, und sich doch niemand, als wenn er das Buch nicht hätte zu lesen haben mögen, zu beschweren: als haben Wir die gnädigste Anordnung gethan, dass die Formula concordiae beides Lateinisch und Deutsch in einer kleinen Forma (auf dass mans um geringer Geld bekommen und desto füglicher bei sich tragen könne) dem wahren authentico Exemplari allerdinge gleich aufgelegt und gedruckt würde. ... Insonderheit aber befehlen Wir hiermit Unsern Verordneten zu Kirchen- und Schulensachen, Rectoribus, Doctoribus und Professoribus Unsrer Universitäten, den Assessoribus Unsrer Consistoriorum, allen Superintendenten, ihren Adjunctis, den Pfarrern und Diaconis, desgleichen den Rectoribus und Collegis der Fürstenschulen und andern Ludimoderatoribus insgemein, zusammt Unsern Stipendiaten und Alumnis, dass sie solches Buch sich sollen befohlen sein lassen, dasselbe mit Fleiss lesen, ihre Examina darauf richten, niemand, der solches nicht approbiret, unterschrieben und seine Pflicht darauf geleistet, zu Dienst befördern, und mit Ernst darüber halten, damit in Unsern Churfürstenthumen und Landen, Kirchen und Schulen nichts öffentlich darwider gelehret, noch auch heimlich eingeschleichet werde, so lieb einem jeden Gottes Huld, Unsre Gnade und seiner Seelen Seligkeit ist“ (Mandat vom 1. Aug, 1602, die Subscription des Concordienbuchs betreffend). — Inde ab a. 1811 hoc *juramentum religionis* restringere placuit ad verbi *ministros, Theologiae professores* et *gymnasiorum magistros;* verumtamen etiamnum (omissis tantum quae docendi munus spectant et quae denunciationem injungunt) eo obstringuntur *magistratus civiles* quorum aliquod est cum rebus ecclesiasticis commercium (*die weltlichen Kirchenräthe und alle Räthe der Kreisdirectionen*), quorum quotusquisque Formulam Concordiae, tantopere commendatam, legerit? — Formula a. 1848 a civitatis ministris summum ecclesiae evangelicae regimen suscipientibus ex emendatione von der Pfordenii adhibita („Ich .. schwöre hiermit zu Gott, dass ich bei der in hiesigen Landen angenommenen reinen Lehre der evangelisch-lutherischen Kirche, nach ihrer bewährten Uebereinstimmung mit dem wahren Sinne und Geiste der heil. Schrift, beständig ohne Falsch verbleiben, *auch die evang.-luth. Kirche in ihren Rechten schützen und wahren will. So wahr mir Gott helfe cet.*) utrum ulterius usurpata et repetita sit, non innotuit. Ceterum quod a vulgarium scholarum magistris praestatur juramentum hoc est: „*Ihr sollt geloben und schwören, bei der reinen evang. Lehre, wie solche in der heil. Schrift enthalten, in der ersten ungeänderten augsburg. Confession und dem Catechismo Lutheri erklärt und dargestellt ist, zu verbleiben, sie unverfälscht und fleissig vorzutragen*“. —

perquam utiliter et necessario commonefaciat, non omnes promiscue scriptiones pari loco et modo esse in usum vocandas.

Quam *confessionem* Christus a suis postulavit, non erat e genere *theologico* (Mt. 10, 32 sq. coll. 25, 34 sqq.). Qui *judicare et damnare* diserte vetuit (Mt. 7, 1), non poterat *confessiones* probare, nedum poscere, quae prae reliquis in judicando et damnando versantur. Quo interior et *religiosior* hominis christiani confessio est (Gal. 2, 20), eo modestior et mansuetior erit etiam huius ipsius confessionis *theologia* (Phil. 3, 12 sqq. 1 Cor. 13, 9 sqq. coll. Mt. 11, 29). Quum deinceps ecclesia exortis dissidiis ad *theologicas confessiones* descendere cogeretur, primum quidem theologia fere fuit, quae sui temporis *ipsissima religio* esset. Ita etiam in nostris sacrorum emendatoribus, quorum tamen *religio* multis modis ipsorum religionem theologicam s. potius religiosam theologiam perrupit et excessit. Quae vero illius temporis religioni satisfecerunt, ea plus uno loco et modo cum nostrorum hominum non solum ficta et fucata, sed etiam *vera* religione non amplius cohaerent et conveniunt. Nostrum est, non subsistere, nec incassum laborare redeundo et reducendo, quae si vel tolerata merae umbrae mortuaeque formae forent, sed in coepta a majoribus emendatione et liberatione strenue pergere, quod quidem nostris temporibus ita efficiendum est, *ut religio a theologiae tyrannide, ecclesia a scholae servitute* magis in dies liberetur ac vindicetur.

Quo vero magis nunc ipsum priscam theologiae et scholae auctoritatem instaurandi studia et tentamina revixerunt, eo magis illius nostri officii nos commonefaciant *Sacra anniversaria emendatae a Luthero religionis et theologiae*, ad quae pie concelebranda hac scriptione academica invitandum est. Erit autem haec concelebratio tripartita. Peractis enim publicis sacris in aede Paulina Carolus Aemilius Sulze, adolescens et vitae morumque probitate et studiorum literarumque amore conspicuus, oratione latina exponet, *quam vim pulcrarum artium cultura in sacrorum emendationem habuerit.* Deinde in aula academica Vir magnificus, Friderícus Buelau, Doctrinn. politt. et camm. P. O., summum magistratum academicum per integrum biennium administratum ex Senatus academici decreto tradet Successori ab Academiae Professoribus electo, Viro illustri, Friderico Adolpho Schillingio, juris rom. P. O.

His tripartitis solemnibus ut utriusque reipublicae Proceres gravissimi, Commilitones aestumatissimi, omnes denique qui literarum et Academiae rebus bene cupiunt, frequentes interesse velint, observantissime rogamus.

P. P. in Univ. liter. Lips. dom. XIX post Trin. Fest. a. MDCCCLI.